Anno 1087 ignem coelestem provocavit, arsitq; non sine magno Urbis damno sed iterum restaurata, iterum etiam conflagravit circa Annum Christi [illegible] et nunc ante subiecta forma conspicitur. De dimensione operis ita habet antiquus scriptor. Longitudo Ecclesiae continet 690 pedes. Latitudo eiusdem 130 pedes. altitudo occidentalis testudinis ab area 102 pedes, altitudo testudinis novae fabricae ab area 88 pedes. Altitudo fabricae Campanilis lapideae a plano terrae 260 pedes. Altitudo fabricae ligneae eiusdem Campanilis 274 pedes. Habet hoc templum et Sepulchra quaedam magnifica, inter quos unum Iohannis Gandavensis vulgo Ian de Gant, Ducis Lancastriae et aliorum primorum eius Ecclesiae et Civitatis Londinensis Archiepiscoporum. Id quoque notandum hodierno tempore diebus festis semper conciones haberi non in Templo sed in area proxima sub dio, id quod tamen tempore saepius factum vidi, num etiam hyeme id servetur ignoro. Habet alioquin Urbs hae Ecclesias 122 Parochiales conventuales 13. Secundum Camdenum: nos accepimus 121 ut ex [illegible] constat ex adposita schedula mortuorum et natorum, quas schedulas in omnib. Parochiis singulis septimanis qui [illegible] nancisci possunt.

1609.

From the 24 of August
to the 31 there
died in London, the Liberties,
the out parishes, & the pesthouse } 364
whereof of the Plague — 77
Christned in all those places — 123
Parishes clear 73 parishes infec. 48

[illegible]

Caeterum redeamus ad loca profana. In Orientali urbis parte est Turris Londinensis vocant the Tour, arx nobilissima late moenibus cincta, turribus excelsa, vallo latisque munita fossis, nobili etiam Armamentario et domibus aliquot instructa, ut oppidum aemuletur. Nos ingressi vidimus ad sinistram Officinam Monetariam, dein ad dextram sub ingressu interioris propugnaculi Porta Tradito

Anno 1087 ignem coelestem provocavit, arsitque non sine magno Urbis damno sed iterum restaurata, iterum etiam conflagravit circa Annum Christi [illegible] et nunc ante subjecta forma conspicitur. Dimensionem operis ita habet antiquus scriptor. Longitudo Ecclesiae continet 690 pedes latitudo ejusdem 130 pedes altitudo occidentalis testudinis ab area 102 pedes, altitudo testudinis novae fabricae ab area 88 pedes. Altitudo fabricae Campanilis lapideae a plana terra 260 pedes. Altitudo fabricae ligneae ejusdem Campanilis 274 pedes. Habet hoc templum et sepulchra quaedam magnifica, inter quos unum Johannis Gandavensis vulgo Jan de Gant, Ducis Lencastriae et aliorum primorum [illegible] Ecclesiae et Civitatis Londinensis Archiepiscoporum. Id quoque notandum hodierno tempore hic festis semper conciones haberi non in Templo sed in area proxima sub dio, id tunc temporis saepius factum vidi, num etiam hyeme observetur ignoro. Habet alioquin Urbs hae Ecclesias 122 Parochiales conventuales 13. Secundum Camdenum: nos accepimus 121 uti ex [illegible] constat ex adposita schedula mortuorum et natorum, quas schedulas in omnibus Parochiis singulis septimanis [illegible] solent.

1609.

From the 24 of Augusto
to the 31 there
died in London, the Liberties, the out parishes, & the pesthouse } 364
whereof of the Plague — 77
Christned in all those places — 123
Parishes clear 73 parishes infec. 48

+ [illegible]

Caeterum redeamus ad loca profana. In Orientali urbis parte est Turris Londinensis vocant the Tour, arx nobilissima late moenibus cincta, turribus excelsa vallo latisque munita fossis, nobili etiam Armamentario et domibus aliquot instructa, ut oppidum aemuletur. Nos ingressi vidimus ad sinistram Officinam Monetariam, dein ad dextram sub ingressu interioris propugnaculi Porta Tradito

rum de Traiters porte vocant, ea est plena aqua cum Tamisis crescit. Per hanc Proditores patriæ, ut nuper illi, in carcerem ducti portæ nomen dederunt. Atque cum hic custodiuntur læsæ majestatis rei et alii qui graviora delicta commiserant; Nos ibi captivum vidimus perpetuo carceri mancipatum Comitem Northumbriæ, virum statura longa, barba flava, ætatis forsan ultra trigesimum annum. Alios etiam Catholicos ibi percepimus. Post per portam inspeximus Sanguineam de bleedige Tour, in qua Turri Richardus III. ~~duos~~ nepotes suos interfecisse traditur. Armamentarium nobis monstrarunt nec copia nec elegantia admirandum, inter alia tamen videtur Armatura Johannis Gandavensis cujus ante meminimus, magnitudinis stupendæ, ingentis item molis lancea. Guardarobba seu vestiarium multa habet elegantissima et maximi pretii tapetia auro et serico plerumque intertexta, pulvinos etiam margaritis pretiosis pulcherrime exornatos. Vestes Regias alio transtulit Elisabetha Regina Angliæ, saltem gloriantur de uno tapete supra modum venusto ex Francia relatum spolium esse. Tormenta bellica propius inspicere non licuit, maxima ea sunt, sed multitudo tanta non est. Nunc offert se nobis Bursa seu Excambium Regium ad negotiatorum usum et Urbis ornamentum a Thoma Gresham cive equestris Ordinis positum, Magnificentissimum, sive ædificii structuram, sive hominum frequentiam, seu mercium copiam spectes. Ao. 1567. Forma quadrata est, inferior pars porticum elegantib. columnis suffultum habet; ibi conveniunt mercatores, nobiles et statis die horis, tanta frequentia ut transitus vix pateat. Superior pars elegantissimas omnis fere generis merces habet, et forma formosissimarum mulierum vendentium mercimonia sua abundant et pollet. Curiæ seu Domus Senatoriæ sunt Guildhall et Leadenhall. Est et locus publicus deambulationib. Civium dicatus Morfill extra urbem in suburbio, spatiosus, tiliis undique ad ordinem nuper dispositis summam præbitorus delectationem; hic diebus festis innumerabilem videbis hominum multitudinem animi causa expatiantem. Pons conjungit suburbium super Tamisi ædificatus, is ædificiis superimpositis speciem plateæ præbet; Opus cum omnib. Europæ pontibus certans, vel potius ea vincens. Habet Arcus XIX. Longitudo fere est passuum 340.